



CHRISTIANUS WEISE,
in Augusteo Politices Eloqventiæ
ac Poëseos Prof. Publ.

AUDITORIBUS SUIS
publicè privatimqve industriis

SAL. DIC.



L Ipsa dum vernis circumsonat undiq, turbis,
Atq, suum strepitum venditor omnis habet;
Otia tranquillis iuvat indulgere Camœnis,
Non modo quâ Plisæ sorbet Elyster aquas:
Leucoris ipsa suum resoluta quiescit ad Albim,
Salaq, curriculo liberiore fluit.
Sive aliquos gaudet spectare Professor amicos,
Cambianummorum seu Studiosus amat;
Sive etiam Musis passim novus imminet hospes,
Quem novus expectat, tardior inde, labor.
Quod felix igitur faustumq, sit Augusteo,
Publica sic nostros feria clausit agros.
Vidimus interea renovari foetibus annum
Herbida qui multo pressimus arva pede.

Lusi